Nobilis ac Magce Dne

Existimauj me T.ti non mediocriter gratificaturu, si quod nuper paucis attigeram, re diligentius perquisita, accuratius perscribam. Itaq; dedi operam ut non ex uulgj sermonibus, sed ex grauissimorum uirorum, quj fidelem operam reipublicæ christianæ præstant, relatu, rerum nuper in Boloma gestarum statum cognoscerem, quane ratione factum fuerit, ut, neglecta domo Austriaca, ab usq; media Gallia aliquis ut repetitus, cujs regum insignia Gens illa, qua nihil commune cum Gallo habebat, deferret. Ad primam eius rei famam ita stupefacti et attoniti hic fuerunt hominu, etiam potentiorum, animj, ut ex longo tempore nihil magis fuer omnium expectationem accidisse, nihil christianæ reipub: periculosius euenire potuisse, crederetur. Sane S.tus D.N. quj oēs Principes, quos Chri religio sibi colligauit, pro suis meritis complecti debet, intelligens quāto cum discrimine connectum esset, si tanti regni gubernacula uel hæreticus, uel cum turcis christianorum hoste confœderatus, susciperet, nihil prius in uotis habuit quam ut Princeps Boloniæ ex ea familia daretur, qua iam aliquot seculis aduersus Turcarum tyrannidem se uelut murum pro domo Dei obiecisset, uel si aliter illi usum esset in cuius manus aut regna et Imperia, saltem eum designaret quj acerrimus christianj nois defensor esset. Hoc magis mihi constat, quod Sanctiss.mus in nullam alia familiam magis respexerit, q̄ in Austriacā. Audio Gallos aperte dicere, se in huius electionis tractatione a Pontificis Legato magis fuisse adiutos, Et proinde nihil commissi debere. Vide quantum gratiæ utrinq; reportet haud difficulter quisque colligat. Cæsar offenso est animo, et altera pars nullum agnoscit beneficiū. Hoc tamen eius S.tas constanter affirmat, se Cardinalj Comendono semper dedisse in mandatis, ut Ser.mj Ernestj electionem promoueret, tantoq; magis illud optasse, quod Cæsarea M.tas res ita maxime iuuarj posse crederet, tantiq; regnj accessione Austriacos Turcarum impetum non modo sustinere, sed etiam reprimere posse speraret. Si quj uero aliud sentiut, uel calumniatur non modo contra ueritatē, sed etiā contra ipsam rationem meanire uidentur; Imoreq; occæcatj non intelligut quantum ad tranquillitatē Italiæ reuulerit talem darj Bolonis regem, quj cum sempiterno illo christianj nois hoste nihil coē haberet. Ego quj multis de causis Austriacæ familiæ